de 21. Jan.

Universis Catholicis [illegible]
[illegible] cum privilegio
[illegible] allmayz [illegible] concess.

[illegible]

Privilegium in Copia acht
[illegible]

[illegible]

2. Comer B. CC.
[illegible] Consil. 100. cap. 1.

Ex Consilio Regio
Universis Comitatibus et Civitatibus.
eidem Die 24 Febr.
Vid. 26. Podmanitzky

Exp. 28. Martii

Hic in copia adja-
cens Privilegium exclusi-
vum a Sua Maiestate Joanni
Joanni Antonio Allmayer Ju-
ris utriusque Doctori Super In-
ventione ejusdem diversas Re-
licias ope Chemica ac his
in occlusis receptaculis Can-
didas reddendi pro Regno
Hungariae eidemque adnexis
Provinciis nec non Magno
Principatu Transylvaniae cle-
menter elargitum, Prae-
fatis Dominis Civibus huic Ma-
gistratui fine debitae Publi-
cationis communicatur.

ad 12 Feb.

Exp. 28a Febr. 791.
Diff. 5a Martii omnib.

ORSZÁGOS LEVÉLTÁR
C. [illegible]

10573 790 Copia

Nos Leopoldus Dei Gratia etc.
Memoriae commendamus etc. Quod Nos
erga humillimam fidelis nostri Joannis An-
tonij Allmayer Juris Doctoris aulici item
et fori utriusque jurati Advocati Sup-
plicationem Nro propterea factam Ma-
jestati, quo eidem benignum Privilegium
nostrum Privativum super introducenda
in Regnum Nostrum Hungariae Partesque
eidem adnexas certa nova per se adin-
venta et publico adhuc minus nota
Methodo, qua mediante quoque Anni
tempore intra biduum aut triduum di-
versae Res lineae, signanter: Fila,
Linum, Telae, ac aliae diversi generis
lineae et gossipinae Materiae ope
Chimicae Artis in oculis Acceptantis
bene et probe albari, seu Candidae red-
di valent, Clementer elargiri dignare-
mur; Cujusmodi humillimis precibus,
ac eo etiam benigne permoti, quod per
Inductionem talismodi novae Methodi
Res lineas et gossipinas intra pau-
cum tempus Candidas seu albas red-
dendi Fabricis in Regno Nostro Hunga-
riae, Partibusque ei adnexis praeexisten-
tibus non exiguum Incrementum et
Comodum accederet, Considerato insuper
eo, quod adinventa ejusmodi Res line-
as candidas seu albas reddendi Metho-
dus fato Joanni Antonio Allmayer
magno sane fatigio venerit, et eatenus
non modicos sumptus fecerit; quo itaque
ingeosos hujusmodi sumptus quoquo
modo recuperare possit, de Regiae po-
testatis Nrae plenitudine, et gratia spe-
ciali

ORSZÁGOS LEVÉLTÁR
C szekció

cati, fato Joanni Antonio Allmayer antelatum Privilegium privativum super Nova ejusmodi per se adinventa Methodo diversas Res lineas et gossipiaceas quoque Anni tempore intra biduum aut triduum ope Chymicae Artis in occultis Receptaculis bene et probe Candidas seu Albas reddendi per Continuos decem Annos a dato praesentium ea Lege Clementer impertimur, et Concedimus, ut Nemo alter, quam memoratus Juris Doctor Joannes Antonius Allmayer seu ipsius Haeredes aut Legatarii in Regno nostro Hungariae, Partibusque eidem adnexis talismodi Methodum Res lineas, et gossipiaceas in occultis Receptaculis Candidas reddendi per decursum dictorum decem annorum sub poena Confiscationis, ac insuper 300 specificorum Aureorum pro omni interveniente Casu in una medietate Privilegium hocce Nrum impetranti, in altera verò Fisco Nrō Regio applicandorum exercere audeat, iis attamen Privilegio hocce Nrō haud derogatis qui eandem hanc, aut similes Res lineas et gossipiaceas candidas seu albas reddendi Methodum se perprius jam exercuisse evidenter probaverint. Caeterum ad evitandas hac de Re oriri queuntes perplexitates, seu ambiguitates, volumus, ut descriptio hujusmodi per toties repetitum Joannem Antonium Allmayer noviter adinventi Arcani, seu Methodi proprio sub Recepisse, ad

ad Archivum Cancellariae Nrae Regiae Hungaricae Francicae Aulicae pro asservatione jam reposita, eotum, dum aliud ne fors simile arcanum Res lineas et gossypiaceas Candidas seu albas reddendi in lucem prodiret, idque dictus Allmayer proprium, adeoque praescripto suo Modalitati seu Methodo simile esse assereret, ad dijudicandam Causam in praesentia sui reseretur, Methodis aliis Materias lineas et gossypiaceas Cujuscunque generis Candidas aut aliter qualitercunque albas reddendi Allmayeriana Methodo difformibus Caeteroquin in Salvo relictis. Harum nostrarum Secreto Sigillo Nro, quo ut Rex Hungariae Apostolicus utimur, impendenti Comunitarum vigore et Testimonio Literarum. Quas post earum Lecturam semper reddi volumus et jubemus Praesentanti. Datum Posonii Die 18a 9bris 1790. Regnor. Nostror. 1°

10519.

Sacra Caesarea et Regio Apostolica Majestati Domini Domini Clementissimi Nomine Consilio Regio Locumtenentiali Hungarico hisce benigne intimandum: Adjacens in Copia Privilegium exclusivum, a Sua Matte Dna Joanni Antonio Allmayer Juris utriusque Doctori, super Inventione ejusdem diversas res lineas ope Chymicae artis in occlusis receptaculis candidas reddendi, pro Regno Hungariae, eidemque adnexis Provinciis, nec non Magno Principatu Transylvaniae clementissime resolutum, Consilio Regio Locumtenentiali pro ordinanda publicatione Communicatur. Datum in Libera Regiaque Civitate Posoniensi Die Decima octava Mensis Novembris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Nonagesimo.

C. Josephus Mailath m. p.

Michael Mitzos m. p.

Ad Mandatum S. C. et R. Apostolicae Mattis Mandatum
Comes Franc: Koháry m. p.

ORSZÁGOS LEVÉLTÁR
C szekció

Coll.

3

9870.

Cottus Nitriense

ad Repraesentationem eius sub
No 9870. Privilegium Joannis
Allmayer super Invento suo
Materias Lineas dealbandi
publicandum est.

791

1. Comer. No 22

42. 15. Comer. 9870 –

Serenissime Regie hæreditarie Princeps, Archi Dux Austriæ
et Palatine
Excelsum Consilium Regium Locumtenentiale Hungaricum
Domine Domini, Benignissime, Gratiosissimi, Colendissimi!

E Benigno-Gratioso Celsitudinis Vestræ Regiæ et Excelsi Consilii sub 21° Januarij a. c. et N° 700 circulariter dimisso Intimato intelligimus: Suam Matteum Suam ex innata sibi Benignitate Privilegium exclusivum Joanni Allmayer Juris utriusq Doctori super Inventione ejusdem diversas res Lineas ope Chemicæ Artis in oclusis receptaculis candidas reddendi, pro Regno isthoc Hungariæ Partibusq eidem adnexis in renumerationem profici hujusce, elarerq Sumptus Serum ferentis Inventi clementissime largitum esse.

Providam hanc Altefatæ Suæ Majestatis Sacræ in illis, qui in Promotionem Boni publici desudant, Sollicitudinem, ac Munificentiam etagnoscimus, et eo Majori cum teneritudine veneramur, quo frequentiora hujusmodi Gratiæ, et Clementiæ Cæsareo Regiæ in vicinis Germanicis Hæreditariis Provinciis Similium Privilegiorum exempla audimus.

Cum nihilominus exclusiva talismodi Privilegia Constitutioni Regni hujus, Cardinali item Nobilitari Prærogativæ in Titulo 9no Partis Imæ Contentæ adversaretur vel ex eo: quod, quemadmodum præfatus Joannes Allmayer Methodum hanc res Lineas, et Materias Gossipeaceas probe albas reddendi ope artis Chymicæ adinvenit, ita impossibile non sit, quin alter etiam in Ambitu Regni hujus Prærogativa Nobilitari Gaudens eandem artem, si præprimis ex vetustis Authoribus hausta, vel plane in exteris Ditionibus jam practicata est, pari modalitate adinveniat, taliq adinventa, eandem vi hujusce Privilegii exclusivi exercere, ac proinde pro competente sibi Cardinali Prærogativa rebus suis liberenti, fruiq non posset.

Contra

Contrarium foret insuper fundamentali Regni hujus Constitutioni illud etiam exclusivi hujus Privilegii Membrum: quo in talem, qui Methodo hac Allmayeriana uteretur, Confiscationis, ac insuper Tercentorum Specificorum Aureorum Poena constituta habetur: quod Legem quampiam vel ex eo, siquidem Poena praevaricationem sequi debeat, Praevaricatio vero non alias, quam ubi Lex est praesupponi possit, sapere videtur, quae fundamento ex eo absolute subsistere nequit; quod in hocce Hungariae Regno nullae prorsus seu Civiles, sive poenales Leges extra Generalia Regni Comitia ferri valeant, et ipsa quoque Sua Mattas Sma aca=sione novissime terminatorum Regni Comitiorum Universos Status et Ordines Benignissime assecurare dignata sit, quod Regnum hoc non Arbitrarie, aut ad Normam aliarum Provinciarum, sed secundum Leges, quibus se sponte submisit, quaeve similium Poenarum nec mentionem faciunt regere, et gubernare velit.

Ex his proinde rationum momentis, et ex eo etiam, quod Universa Monopolia Legetenus vetita sint, saepefatum Privilegium publicandum haud esse duximus, ac Legibus Regni, et Bgnae Assecurationi Regiae insistendo, idem per Nos haud publicatum esse demisse insinuantes, dignum quidem reputamus, ut idem Joannes Allmayer pro praestito fatigio, rehabendisque sumptibus, signanter vero pro emolumento ex ejus Inventione in Bonum Publicum dimanaturo alia modalitate condigne remuneretur, Celsitudinem nihilominus Vestram Regiam, et Excelsum Consilium Regium demisse interpellandum esse duximus, ut demissam hanc repraesentationem Nostram contra talismodi praejudiciosa Privilegia exclusiva, ante talium Publicationem potenti Mediatione tueri, ac protegere dignetur, caeterum Benignitati altisque Gratiis, et favoribus devoti constanter perseveramus. Datum ex Generali Congregatione Nostra Ao 1791. Die 17a May in superscriptae Nitria continuative celebrata.

Celsitudinis Vestrae Regiae
et
Excelsi Consilii Regii Lottlis

Servi humillimi, obligatissimi, obsequentissimi.
Universitas Comitatus Nittriensis.

9071. Pesthino 25. May. 1791.

Universitas Comitatus Nittriensis ex incidenti Dnus Gratiosi sub 21a Jan a. c. & No. 700. Publicationem exclusivi Privilegii pro Joanne Altmayer Dne Clarifiti Circulariter disponentis Intimati, Privilegia ejusmodi legali Regni Constitutioni, Nobilitarique praerogativae adversari ex deductis Motivis remonstrando, demissam hanc Repraesentationem suam efficaciter protegi orat.

1.

791

3. Comes ... 22

Exped. Consilii de 31. [illegible]

Comitatui Nitriensi

[illegible] Bezzeregh

dem 4 Juny

Ved. 7. [illegible]

[illegible]

9 [illegible] Ex Repraesentatione Exlarati Ittae Vrae dd 13. May [illegible] Privilegium Consilium istud Lttae [illegible] Privilegium pro Joanne Allmayer super Inventione ejusdem Ope artis Chemicae diversas lineas res in occulus receptaculis candidas reddendi, ex hoc supposito in gremio Comitatus publicatum [illegible] fuisse, quod talia et huic similia Privilegia, praerogativae Nobilitari et fundamentali Regni Constitutioni adversentur, Monopolia lege sublata [illegible] lege [illegible] Monopolia [illegible] lege sublata esse, neque vero poenam [illegible] tamen per Privilegium hocce [illegible] constituta esse, praeter in casibus transgressionis legis, affici posse.

Allatae 10a Juny.

Expedi die 11 Juny [illegible]

Ad Repraesentationem pttae Vrae dd 13 May Anni curr in eo propositam, ut Privilegium [illegible] super Inventione Joannis Allmeyer super res Lineas Ope Artis Chemicae dealbandi per suam Mattem elargitum, qua Nobilitari praerogativae adversans; 9

Referunt pttae Vrae in Repraesentatione sua dd 13a May Anni curr. [illegible] proposita, Privilegium pro Joanne Allmayer super Inventione ejusdem Ope Artis Chemicae Materias lineas dealbandi per suam Mattem elargitum, qua legali praerogativae Nobilitari adversans, ex eo etiam quod Monopolia lege sublata sint, poenaeque [illegible] in [illegible] lege definitis [illegible] infligi possit, Publicatum non fuisse [illegible] Privilegia hujusmodi Repetuntque [illegible] In cujus [illegible] Reintimandum habet pttae Vrae Consilium hoc [illegible] Lttae, [illegible] collationem Privilegiorum Regiae [illegible] Majestati indisputabiliter competere, et aeque clarum Privilegium hoc sub Categoriam Monopolii [illegible] Item tale respiciat, quae tanquam Inventum privatum, ad proprietatem Inventoris spectat, integrumque illi sit, Inven...

Dimi 18 Juny

ORSZÁGOS LEVÉLTÁR
C szekció 3

tum Lumen pandere aut minus; ac
~~pro~~ de cum Secreta haec Inventio ne
~~mine~~ adhuc cognita sit, insuper vero
Vigore privilegii non quidem id veta
retur, ne quis compendio Temporis,
aut Ope Chemicae Alicuius Artis
Lineas Materias dealbet, sed id
duntaxat, ne Recte illa, eademque
Metodo, quam Inventor adhibet
utatur, nemini, tanto vero minus
publico eo praejudicari, si exercitium ~~huius~~ Artis, vel Usus huius
Inventi, Inventori, qua tempore
~~primi~~ priori exclusive conferatur. Cum
porro exclusiva similia privilegia
ad certum Annorum Numerum restri
cta indubie ad Incrementum Indu
striae praesertim autem Manufactu
rarum vergant, tanto quidem
Magis, quod publicum quoque ex
Compendio Manipulationis, ~~quod~~
per hoc Inventum procuratae evidens
Lucrum Capiat; lapsis vero Annis
privilegii, Secretum Artis ~~pandendum~~ # ~~sit~~; potestatem similes in
unice Utilitatem Industriae et Publici
vergentes 7 dispositiones faciendi,
in nullam Quaestionem Vocari posse.

\# publici juris faciendum sit

7 Et nemini praejudicantes

Ex his igitur Rationum Mo-
~~mentis~~ Cons. Officii ultro quoque com-
mittendum est, quibus Rationibus ~~mini~~
~~petit~~ (ut privilegium praestaretur,
absque ~~alia~~ ulteriori difficultate
tribue

7 sub d. 21. Jan. a. l. Palatij
D[omi]nis adeoque

fine publicationis intimata
fuerit, in reliquis autem ~~[illegible]~~ quod
poenam in privilegio expres-
sam attinet, ad concernentem
Judicem, coram quo in casu
emergente procedendum ~~[illegible]~~
esset relegandum veniret.

Caeterum autem, inte-
grum ~~autem~~ omnino per-
manebit Palatij D[omi]nis, re-
flexiones suas circa elu-
cidationem similium Pri-
vilegior[um] aut provisiones
legales easdem constituen-
6 das, vel Comitiis Regni
vel respective Deputationi
Regnicolari proponere

debite publicata ~~[illegible]~~, tanto qui-
dem magis quod Collatio hujus pri-
vilegii ~~[illegible] adeoque~~
sub ipsis Regni Comitiis ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ ratificata fue-
rit,
~~et~~ Reflexiones circa talia Privile-
gia, aut provisionem legalem cate-
nus procurandam ipsis Regni Comi-
tiis, aut respective Deputationibus
Regnicolaribus proponenda veni-
rent, ~~et~~ caeterum, quoad poenam
in privilegio expressam ~~attinet~~,
ad concernens Judicium, coram
quo in Casu emergente proceden-
dum esset relegato. D[omi]ni.